



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hyperaspistes Diatribae Aduersus Seruum Arbitrium Martini Lutheri

Erasmus, Desiderius

Coloniæ, 1526

VD16 E 3030

81. In disti[n]gue[n]dis opinio[n]es p[...]|les q[...]| tres fecit Erasm[us]

urn:nbn:de:hbz:466:1-34433

nec occasio sese dignor obtulerit. Quam te oro, mi
Erasme, ne sic nos tetes, uelut unus illorum, qui dicunt, quod
uidet nos: neque tutum est in re tanta, uerborum uertutis
perpetuo ludere apud quoslibet. Sed ad rem.

81 ¶ Ex una sententia de libe. arb. triplicem fingis,
dura tibi uidetur eorum, sed tamen satis probabilis, qui
negant hominem posse uelle bonum sine peculiari
gratia, negant posse incipere, negant posse progredi,
perficere &c. hanc probas, ideo quod relinquat
homini studium & conatum, sed non relinquat, quod
suis uiribus ascribat. Durior eorum, qui contendunt,
libe. arb. nihil ualere nisi ad peccandum, solam gra-
tiam in nobis operari bonum &c. Durissima uero
illorum, qui dicunt nomen inane esse libe. arb. sed De-
um tam bona quam mala in nobis operari, meræque ne-
cessitatis esse omnia quæ fiunt. Aduersus has postre-
mas profiteris te scribere. Scis etiam quod loquaris,
Mi Erasme: Tres facis hic opiniones uelut trium se-
ctarum, quod rem eandem, alijs & alijs uerbis uarie dis-
sertam a nobis eisdem & unius sectæ professoribus,
non intelligis. Sed moneam & ostendam tibi oscitantem
uoluntatem iudicij tui. Rogo. Definitio libe. arb. a
te data superius, quod quadrat huic prioræ opinioni sa-
tis probabilis: Dixisti enim libe. arb. esse uim uoluntatis
humanæ, qua se homo applicare potest ad bonum.
Hic uero dicis & probas dici, hominem sine gratia non
posse uelle bonum. Definitio affirmat, quod exemplum
eius negat, inueniturque in tuo libe. arb. simul. Est &
non, ut simul nos & probes & damnes, te ipsum quoque
damnes & probes in uno eodemque dogmate & articulo. An
putas, non esse bonum, applicare sese ad ea quæ sunt salutis
æternæ, quod definitio tua tribuit libe. arb. cum nihil sit

opus gr̃a, si tm̃ bonū esset in lib. arb. quo seipm̃ ap-
plicare posset ad bonū. Itaq; aliud est li. ar. qđ defi-
nis, & aliud qđ defendis. Habetq; nūc Erasmi⁹ duo
libera arbitria, p̃ cæteris sibiq; prorsus pugnancia.
82 ¶ Sed dimisso illo, qđ definitio finxit, hoc
qđ cōtrariū ip̃a opinio pponit, uideamus. Cōcedis
hoiē sine gr̃a peculiari nō posse uelle bonū (neq;
em̃ nūc disputamus, qđ gr̃a dei possit, sed qđ hō si-
ne gr̃a possit) Cōcedis ergo lib. arbi. nō posse uelle
bonū, hoc ē, aliud nihil q̃ nō posse sese applicare ad
ea quæ sunt salutis æternæ, ut tua cecinit definitio.
Quin paulo añ dicis, uoluntatē humanā post p̃ctm̃
sic eē deprauatam, ut amissa libertate cogat̃ seruire
p̃ctō, nec possit sese reuocare ad meliorē frugē. Et
nisi fallor, huius sñæ facis Pelagianos fuisse. Arbitr-
ror hic iā nullū Proteo patere effugiū. A p̃tis ṽbis
capt⁹ teneē. Sc; uolūtātē amissa libertate cogi ac te-
neri in seruitute peccati O egregiū lib. arb. qđ amif-
sa libertate, seruū peccati ab ip̃o Erasmo d̃r. Qđ cū
Lutherus diceret, nihil absurdius auditū erat, nihil
inutilius hoc paradoxo iuulgari potuit, ut etiā Dia-
tribas in eū scribi oporteret. Sed forte mihi nemo
credet, ista ab Erasmo dici. Legaē hoc loco Diatribē
& mirabiē. Ego tm̃ nō ualde miror. Qui em̃ hāc
rē nō habet seriā, neq; causę aliq̃nto afficiē, sed pror-
sus aīo alienatus, tædet uł friget, uł nauseat, quō is
nō passim diceret absurda, iēpta, pugnātia, dū ues-
lut ebrī⁹ uł dormitās cām agat, iterq; stertēdum ru-
ctuat. Est. Nō, dū uariæ uoces auribus eīna obstres-
pūt. Ideo rhetores exigūt affectū in actore causarū,
m̃fco magis theologia talē exigīt, q̃ uigilē, acrē, intē-
tum, prudentem & strenuum reddat.

Si igit̃